

regio lacrimetur eversa, magis tamen pungit familiaris^a aculeus quam externus^b, et ideo durum erit posteros^c posse de suis^d faucibus erui, cui^e rigida colla etiam^f, ut a vate consulitur, debent^g de necessitate submitti.

Onus deserti maris^{h.1}.

Non prorsus in postero reputes huius ponderisⁱ te expertem, qui^k tam in Germania^l quam in^m Campaniaⁿ exercere videris prestatam potestatem. Quia cetus Ytalicus fidem Christi deseruit corrumpens eam^o moribus et exemplis, inter feras arundinis² trepidus^p non quiescet^q. Nonne tu es ursus^r in saltu seviens^{s.3}, et pardus vigilans⁴ tuus heres^t? et si tibi iam^u occasus accelerat, post ipsum tamen^v leo⁵ ab aquilonari solio^w subsequens^x quid facere ceperit, regnicolarum error evidens^y non tacebit. Inde est, quod aquila revolans^z, et si prius et post in seditiosis^a exercet^b gladium, tamen^c eversis oppidis adducet arreptum^d populum in desertum. O quantos vorabit^e trux gladius⁶, quantos horribilis absorbebit abyssus, quantos penalis eculeus^f celi volucris deseret, quantos igniculus flamme devorantis^g assumet^h! etⁱ peribit tunc temporis a veloce^k diffugium⁷, a forte^l presidium, a sapiente consilium^s, et corruet per dissidium^m vir in virum⁹. Taceoⁿ preterea,

a) 'fam. pungit' B; 'fam. acul. pungit' H. b) 'extraneus' RH.
c) 'posteris' V; 'ceteros' RH. d) 'suis de' B; 'de suis posse' RH.
e) 'cum' V. f) 'et' R; 'colla a vate etiam' ('ut' fehlt) B. g) 'debent' fehlt B; 'debeant' RH. h) 'Honus de Samaria' V. i) 'ab hoc pondere' B. k) 'et si' RH. l) 'germaniam' BH (korr. in 'germania' H). m) 'in' fehlt B. n) 'Ciclopia' B; 'esperia' R; 'Hesperia' H. o) 'eam corr.' RH. p) 'turpidus' V; 'tepidus' H. q) 'quiescit' B; 'quiescat' RH. r) 'crassus' H. s) 'deseuiens' RH. t) 'heres tuus' B. u) 'si tam' H. v) 'est' setzen zu RH. w) 'aquilone solis' H. x) 'ueniens. et' RH. y) 'evid.' fehlt R. z) 'reuolat' R. a) 'seditiosis' V; 'seditiosos' RH. b) 'exerit' B; 'exerceat' RH. c) 'cum' H. d) 'arr.' fehlt RH. — 'populos' H. e) 'deurabit' H. — 'trux' fehlt RH. f) 'acculeus' R; 'aculeus' H. g) 'dev. fl.' B. h) 'consumet' B; 'absumet' R. i) 'et' fehlt R. k) 'uol'ue' (?) V. l) Später korr. in 'forti' R, und so H. m) 'discidium' H; 'desiderium' R. n) 'Taceo — abscondet' fehlt B.

1) Is. 21, 1. 2) Ps. 67, 31: 'Increpa feras arundinis'. 3) 2. Reg. 17, 8: 'veluti si ursa raptis catulis in saltu saeviat'. 4) Jerem. 5, 6: 'pardus vigilans super civitates eorum'. 5) Otto IV. 6) Is. 31, 8: 'gladius non hominis vorabit eum'. 7) Amos 2, 14: 'Et peribit fuga a veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam'. 8) Jerem. 18, 18: 'non enim peribit lex a sacerdote neque consilium a sapiente'. 9) Is. 3, 5: 'irruet . . . vir ad virum'.